ductionibus, depoſitis; ſi tutoris auctoritas nō interveniat, ipſi quidē qui cum his contrahunt, obligantur, at invicem pupilli non obligantur *princ.1. de auctor. tutor.* hinc alienare nullam rem poſſunt, niſi præſente tutore auctore, & ne quidem poſſeſſionem, quæ eſt naturalis. *l.11.ff.de acquir.rer.dominio.* Quòd ſi verò minor in judicio vel extra judicium læſus fuerit, præſente tutore vel curatore, in integrum reſtitutio ipſi adhuc ſupereſt. *l.2.C.ſi tut.vel curat.interv.paſſim ff.& C.de reſtit. in integr. & de minorib.* Interim tamen ex obligationibus hæreditariis, non minùs tenetur, atq; tenentur hi, quibus ſucceſſit, & à quibus cauſam ſuam habet, etiamſi obligatio è re & commodo ipſius non ſit, §.*non autem omnes.I.de perpet. & temp. act.l. Ex contractu.* 49.*ff. de Oblig. & act. cum ſimilib.* Et ubi ex re actio venit etiam ſine tutoris auctoritate, vel ſine curatore obligatur, etiamſi obligatio ab ipſo incipiat, nec ipſi omninò ſit commoda. *l.ſi furioſus.* 46. *ff. de Obl. & Act. l.hæredes.* 25.§.*non tantùm ff.famil.hercisc.l ſi mancipiis.*17.§.*ſi impubes ff.de inſtit. act. l. ſi quis.*29.*ff.comm.divid.l.*3.§.*etſi furioſi ff.de negot.geſt.Dn.Vult.in diſcept.ſcholaſt.* *b* ſemper etenim minori ſuccurendum videtur, ſi minor ſit, & ſe circumventum doceat. *l. ait prætor.*7.§.*non ſolùm* 3.*ff.de minor.* Et in quibus ſe captum probare poteſt, & ſi dolus adverſarii non probetur, competit reſtitutio. *l.minorib.*5. *C.de in integ. reſtit.* etiam in his, quæ vel prætermiſit vel ignoravit *l.pen.C.d.t.* jus etenim ipſi ignorare permiſſum. *l.*9.*ff.de jur.& fact. ignor.* hinc minor ætas excuſat matrem, quæ filiis ſuis tutorem non petiit, ætatis lubrico lapſa, ne ipſi filiorum denegetur ſucceſſio. *l.* 2. *C.ſi adverſus delict.* *i* Minor quidem legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet. *text. in l. Clarum. C de auct. præſt.l. cum & minores. C.ſi adverſ. rem.jud.* niſi interpoſito decreto adminiſtrandi patrimonii gratiâ veniâ ætatis ſibi datâ, aut in litem curator fuerit ſibi datus. *l.in univerſis. C.qui dare tut.l.*1.§.*fin.ff.de minorib. l acta* §.*fin.ff.de re judic.* Hunc curatorem ipſemet minor nominare, eumq; ſibi dari à judice poſtulari debet. *l.* 3. §.*ſi pupillus. ff. de tutelis.* ſine quo nec poteſt eſſe in judicio criminali, ne ex ſua imperitia vel juvenili calore aliquid dicat vel taceat; quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum poterat ei prodeſſe *l.*4.*C.de auct.præſt.* Quod ſi tamen tutorem vel curatorem habeat, tam pupillus quàm adultus cum auctoritate tutoris, vel conſenſu curatoris rectè agere & conveniri poſſunt text. *in l.*2.*C.qui legit.perſon.ſtand.in l.in univerſis.C.qui dare tut.vel cur. poſſ.l.cum & minorib.C.ſi adverſus rem.jud.l.neq; tutores.C.de procurat.poſt* [illegible]-

ſon.cit.

ſim.cit. Gail. 2. obſ. 108. num. 8. In cauſis etiam ſpiritualibus & eccleſiaſticis dummodo major 14. annis ſit, minor ſolus ſtare in judicio, ſine patre legitimo adminiſtratore poteſt, cujus conſenſus nequaquam hîc requiritur. *c. ult. de judic. in 6. c. accidens 10. de procurat.* quia in cauſis ſpiritualibus eo jure patria poteſtas non attenditur, ut & ſine conſenſu curatoris per ſe vel procuratorem. *d. c. ult. junct. c. ex parte 14. X. de reſtit. ſpoliat.* Id quod ei non licet jure civili paucis caſibus exceptis. *l. in rebus 2. C. qui legit perſ. ſtand. l. cum & minores 4. C. ſi adverſus rem jud. Ritterrib. in different. jur. civil. & canon. lib. 6. cap. 10. Vid. Gail. 2. obſervat. 109. num. 9. & 10.*

Thesis V.

Infantia *a*, licet intellectu careat *b*, fari non valeat *c*, nullaq; ejus ſit opera *d*, tamen non obſtat, quo minus infans Rex ſeu Princeps exſiſtere *e*, nobilitari *f*, miles creari *g*, decurio eſſe *h*, adoptari *i*, adrogari, certis tamen conditionib. *k*. legitimariq; poſſit *l*, ſponſalia tamen contrahere *m*, in jus vocari *n*, teſtari *o*, ſtipulari per ſe *p*, multaq; alia nequeat *q*, & cum doli capax non ſit *r*, propriè nec delinquere *ſ*, nec ob id puniri *t* debere cenſeo.

a Quamvis aliquando conceptus in utero infans dicatur *c. fin. x. de converſ. infidel.* ibi infans ante partū oneroſus. *Lucæ cap. 1. verſ. 41.* ibi exultavit infans in utero ejus, & Germanicè Kind *conſt. crim. Car. V. art. 133. & ſim.* hoc tamen fit impropriè & inſpecto futuro nativitatis tempore *Menoch. ſup. citato loco.* *b* *§. ſed quod diximus 10. I. de inutil. ſtipul.* non multum à furioſo diſtet. *d. §. 10.* non intelligat, quod agit. *l. in ſponſalib. 14. ff. de ſponſal. l. coram 209. ff. de verb. ſignif.* quid videat ignoret *l. 1. C. de falſa mon.* ejus nullus ſenſus ſit, nec judicium *l. Quamvis 32. §. 2. ff. de acq. vel amitt. poſſ.* *c* hinc quaſi ſine fando infans dicitur *l. 1. §. 1. ff. de admin. tut. l. 1. ff. de verb. oblig. l. 70. eod. l. ſervo 65. §. ſi pupillo 3. ff. ad SCtum Trebell.* & licet verba quandoque proferat, ea tamen imperfecta, mutila, diſtorta ſunt, quæ non tantùm ipſe non intelligit, ſed nec ab aliis intelligi apertè poſſunt, neque enim ſcire neque decernere talis ætas poteſt, non magis quàm furioſus *l. pupillus 9. ff. de acquir. vel omitt. hæredit.* hinc pro abſente habetur *l. coram 209. ff. de verb. ſignif. d. l. arboribus.*

341

boribus 12. §. *de illo* 3. *ff. de uſusfr. l. ult.* §. 1. *ff. de oper. ſerv.* ſecus eſt in impubere cujus aliquæ operæ eſſe poſſunt. *l. cæterum*, 31. *ff. de rei vindic.* veluti ſi nomendator ſit, vel hiſtrio *l. ult. in fin. ff. de liberal. cauſa l. ſi infant.* 55. *ff. de uſuf.* *e* & in regem eligi & regnum per tutorem vel per curatorem adminiſtrare poſſit, vide *citata à Tiraquello de jure primig. quæſt.* 40. *n.* 207. Licet Deus ter optimus maximus veluti pro maximo malo minetur ſe daturum regem puerum *Eſaiæ* 3. *verſ.* 4. Dabo pueros principes eorum, effœminati & infantes dominabuntur eis. Væ! tibi terra cujus rex puer eſt, *Eccleſ.* 10. *verſ.* 16. *f* nam ut inquit Bartol. Nobilitas conſiſtit in acceptatione ejus, qui eam confert, nec eſt in voluntate vel intellectu ejus qui nobilitatur, ut ex eo conſtat, quòd puer natus ex nobili ſtatim eſt Nobilis, *Tiraq. de Nobilit. c.* 6. *n.* 27. *l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *g* *l. bello* 18. *ibi* cujuſcunque ætatis ſint *ff. de excuſat l. ſed & milit.* 8. §. *jam verò* 7. *ff. eod.* ſic in *l. ult. C. de teſt. milit.* Impuberem tribunatum numerorum mereri poſſe aſſeritur. *Tiraq. d. c.* 16. *n.* 28. *h* *l. Lucius* 21. §. *Imperatores* 6. *ibi* pro infante filio quem decurionem eſſe voluiſti *ff. ad municipal l.* 1. *C. de muner. & honor. lib.* 10. Regulariter quidem nec minores 25. annis decuriones allegi & creari niſi ex cauſa poſſunt *l. non tantum* 11. *ff. de decurionib.* qui tamen ſi creentur ex cauſa ſportulas & ſalaria decurionum habent, ſed interim ſuffragium inter cæteros ferre non poſſunt *l. ſpurii ff. de decur. l. ad rempub.* 8. *ff. de mun. & honor.* *i* *l. etiam* 47. *ff. de adopt.* *k* ſi videlicet conjuncti affirmaverint apud principem hoc infanti expedire *arg. l.* 2. *C. de adopt.* ita tamen ut caveat adrogator perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem deceſſerit, reſtiturum ſe bona ejus eis, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſuri erant *l,* 15. §. 2. *ff. de adopt.* §. 3. *I. eod.* Item ſi decedens adrogator eum exhæredaverit, vel vivus ſine juſta cauſa emancipaverit, relicturum ſe ei quartam bonorum, nempe præter illa bona quæ ad adrogatorem tranſtulit & quorũ commodum ei poſtea acquiſivit, *l,* 2. *l.* 9. *C. de adopt. d.* §. 3. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 2. § 9. *lit. E.* Non obſtat, quòd infans fari non poſſit, & tamen interrogationes in adrogatione requirantur; cum illæ ita neceſſariæ non ſint, ut omitti, nec ita formales ut per alium ſuppleri non poſſint, cum hîc non intercedat ſtipulatio neceſſariò. *l* *Poſt alios allegat. Tiraq. de Nobilit cap.* 6. *n.* 29. *ubi n.* 30. *addit.* hoc intelligendum, ſecuta illius ratificatione poſtquam ad ætatem pervenerit. *m* *l. in ſponſalibus* 14. *ff. de ſponſalib. c.* 2. *c.* 4. *c.* 5. *& paßim de deſponſ. impub.* Deſponſationes enim quæ in incunabulis fiunt nullæ ſunt, & ante ſeptimum ætatis annum

fieri

fieri non poſſint, nec exinde publicæ honeſtatis impedimentum o-
citat c. literas 4. & ſeqq. de deſponſat. impub. verùm hoc fallit, ſi imperator
novam conficiens familiam, vel aliam etiam ob cauſam ſponſalia de-
cretò permittat. *Nov. Leon.* 109. ſive urgentiſſima aliqua neceſſitate
interveniente, utpote pro bono pacis talis conjunctio toleretur. *cap.
2. de deſponſ. impub,* *n* *vid. Matth. de Afflictis deciſ.* 262. ubi citationem
ejuſmodi nullam eſſe pronunciat, & quomodo contra infantem
procedendum, diſtinguendo demonſtrat, utrum videlicet infans tu-
torem habeat, an non habeat; primo caſu, citabitur tutor, ut cum eo
judicium agitetur, pro his etenim, qui fari non poſſunt vel abſunt ipſi
tutores judicium ſuſcipiant, ut monet *l. 1. §. ſufficit. 2. ff. de admin. tutorum.*
ſecundo caſu citandi ſunt agnati vel cognati, ut veniant defenſuri
ipſam infantem, vel tutorem ei dari curent. *l. hac autem 5. §. 1 ff. quib. ex
cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Et caſu, quo periculum in mora verſaretur, puta
ſi bona infantis eſſent peritura, vel alia neceſſitas celeritatem requi-
reret, tum judex ex officio curatorem liti in ſubſidium dare poſſet,
facit *l. Fulcinius 7. §. plane. 10. ff. quib. ex cauſis in poſ. poſt alios Gail. 2. obſ.
107. n. 7. & ſeq.* *o* Etiamſi tribunatum militum meruerit. *l. fin. C. de
teſtam. milit.* *p* *l. 1. l. 70. ff. de verb. oblig. §. 10. I. de inutil. ſtipul.* interim ta-
men ei etiam ignoranti per ſervum exſtipulatu acquiri poteſt. *d. l. 1.
l. 2. l. 6. ff rem pupill. ſalv. fore.* *q* Sic ſine tutoris auctoritate non ob-
ligatur jure civili *l. obligari 43. §. 1 ff. de oblig. & act. l. quamvis 32. ff. de acquir.
vel amitt. poſ.* nec naturâ debet. *l. quod pupillus 41. ff. de condict. indebit.* mu-
tuam pecuniam accipiendo nequidem jure naturali obligatur. *l. pu-
pillus 59. ff. de oblig. & act. V. Gothof. in notis ibidem.* ſolvere non poteſt ſine
tutoris auctoritate *l. 9. §. 2. ff. de auct. tut.* ſed dati nummi vindicari poſ-
ſunt. *l. quodſi 14. in fin. ff. de ſolut.* nec vendere, *l. 5. §. 1. ff. de auct. tut.* nec no-
vare. *l. novare 20. ff. de Novat. & deleg.* nec ei ſolvi poteſt. *l. 15. ff. de ſolut.
l. 28. ff. de pactis.* Pupillus major infante hæres inſtitutus poteſt gerere
pro hærede tutore auctore, ſed ſi ſit infans, tunc ſolus tutor acquirit
hæreditatem & bonorum poſſeſſionem *l. ſervo 65. §. pen. ibiq. gloſ. gere-
re ff. ad SCtum Trebellian.* Infans, quia non conſentit, invitus dicitur, in
l. invitum 5. ff. de ſervit. præd. urban. cum conſentire non videatur qui ne
ſentire quidem poteſt. *l. 8. §. 2. ff. de option. leg.* Ingratus à matre ſua vo-
cari nequit, cum non ſentiat ſatis etenim crudele foret. eum, qui nõ
ſentit, ingratum exiſtimari. *l. ſi quis 33. §. un. C. de inoffic. teſtamento.* felo-
niam committere non poteſt. *Ceph. conſ. 302. n. 94.* Matri ita demum
per ſe

per ſe hæredes exiſtunt liberi, ſi fari poſſint *l.1.C.ad SCtum Tertull.* Infantis nullus ſenſus eſt accipiendi poſſeſſionem, ſed illius judicium ſuppletur auctoritate tutoris, id quod utilitatis cauſa receptum eſt. *l.quamvis 32.§.1.l.1.§.3.ff.de acquir.vel amitt.poſſ.* Per ſervum tamen peculiari nomine poſſidere *d.l.quamvis 32.§.1.* Emancipari *l.ſi quis 26.C.de donat.l.jubemus 5.C.de emanc.liber.* Manumitti *l.2.C.commun.de manum.* per ſervum acquirere *d.l.ſi quis 26.C.de donat.* parensq; adire ejus nomine hæreditatem vel bonorũ poſſeſſionem petere poteſt, quod ſi hoc parens neglexerit, & infans deceſſerit, tunc parentem quidem ſuperſtitem omnia ex quacunque ſucceſſione ad eundem infantem devoluta jure patrio quaſi jam infanti quæſita capere poſſe probat. *l.18.C.de jure deliber.* r *l.illud.3.ff.de injuriis l.Impuberẽ 23.ff.de furtis* non intelligit ſe delinquere §. *in ſumma pen.I.de oblig.quæ ex delict.naſc.* non ſentire *d.l.33.§.un.* nec conſentire poſſe dicitur *d.l.8.§.2,d.l.5.C.de eman.* affectum nõ habet. *d.l.26.C.de donat.* nulla in eo deprehenditur culpa *l.ſed etſi 55.in fin.ff.de fideic.libert.d.l.impuberem 23.ff.de furtis l.5.§.2.ff.ad l.Aquil.* ſ In maleficiis enim voluntas ſpectatur *l.divus 14.ff.ad l.Corn.de ſicar.* voluntas & propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit. *l.qui injuriæ 53.ff.de furtis.* Nemo furtũ facit ſine dolo malo *l.in furti,§.2.ff.eod.* & cum facto etiam animum furis furtum exigit. *l.ſi quis 41.in fin.ff.ad l.Aquil.* & ſine affectu nõ committitur. *l.furtũ 37.ff.de uſurp.& uſuc.§.5.I.de uſucap.l.41.in fin.ff.ad l.Aquil.§.7.I.de oblig.quæ ex delict.* hinc infans furtum facere nequit. *l.impuberem 23.ff.de furtis.* & cum injuria ex affectu facientis conſtat, *l.illud 3.§.1.ff.de injur.l.ſi non 5.I.de injur.* nec injuriam facit *d.l.3.* In l. Cornelia de ſicariis occidendi animus, & voluntas nocendi intercedit. *l.1.C.ad l.Corn.de ſicar.* culpa lata tamen in l. Cornelia pro dolo non accipitur. *l.7.ff.eod.* hinc conſilii innocentia in hac lege infantem excuſat. *l.infans 12.ff.ad l.Corn.de ſicariis.* ſic falſum dolo malo committitur. *l.1.& paſſim t.t.ff.& C.ad l.Corn.de falſis.* quem in infantem non cadere ſuprà probatum. Idem de aliis delictis judicium. t quod infans poſſeſſor perdidit, corrupit impunitum eſt *l.60.ff.de rei vindicat.* in eo l. Aquiliæ actio ceſſat. *l.ſed etſi 5.§.2.ff.ad l.Aquil.* Infans lege Cornelia de ſicariis non tenetur *l.infans 12.ff.ad l.Cornel.de ſic.* & ſi hominem mutilet vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. *Clem.ſi furioſus d.homicid.* furti non tenetur. *d.l.impuberem.23.ff.de furtis.* & in genere in omnibus ferè pœnalib. judiciis ætati ſuccurritur. *l.fere 108.ff.de Reg.jur. Vide Menoch.de arbit.jud.quæſt.lib.2.cap.129.*

1.4. §.19. *Jul. Clarum ſentent. lib. 5. pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 60. *n.* 2. ubi poſt illos concludit, quod infans criminaliter puniri non poſſit. Excipe tamen crimen læſæ Majeſtatis, in quo multa recepta ſunt ſingulariſſima. *Vid. l. quiſquis* 5. *C. & paſſim ff. ad l. Jul. Majeſtat.*

THESIS VI.

Pupillaris ætas *a*, ab omnibus officiis civilibus removet impuberem *b*, teſtimonium ei denuntiari *c*, jusjurandum deferri *d*, nuptias contrahere *e*, teſtariq; *f*, prohibens. Pupillo quidem, ſine tutoris *g* auctoritate alium ſibi *h*, non ſe alii *i* obligari, nec avocari *k*, nec agere *l* permittit, delinquere *m*, & ob id puniri niſi pubertati ſit proximus *n* non ſinit.

a Hujus ætatis, aut ſunt infantiæ, aut pubertati proximi, §. *ſed quod* 11. *I. de inutil ſtipul.* ſed de utriuſq; terminis maxima derivata eſt diſputatio. Sunt, qui infantiæ proximos definiant, qui minores adhoc annis ſeptem ſunt, tum, quòd intellectu carent. *d.* §. *ſed quod* 11. ſicuti minores ſeptem annis *l. in ſponſalib.* 14. *ff. de ſponſal.* tum, quòd etiam conſenſu. *l. pupillus ff. de Reg. jur.* haud ſecus ac minor ſeptem annis. *c. literas c acceſſit de deſponſ. impub.* tum, quòd doli non ſunt capaces. *l. impuberem ff. de furtu.* ut & minores ſeptem annis. Verùm, cum manifeſtam inter eos differentiam conſtituit Juſtinianus in *d.* §. 11. licèt in quibuſdam conveniant, exinde tamen non ſequitur, quod ſint unum & idem; nec enim, quæ paria & ſimilia ſunt, idem per omnia ſunt. Puto itaq; infantiæ proximum determino, qui infantiam exceſſit, uſquedum proximus pubertati dici valeat. Vid *latè Menoch. de arbit. judic. quæſt. caſ.* 57. *n.* 10. *& ſeqq.* Sed quando impubes pubertati proximus rectè nuncupetur? intricatior controverſia eſt. Diverſæ proferuntur opiniones. *Vide Menoch. d. caſ.* 57. Sunt qui proximum pubertati deſignent eum, qui ſex menſibus à pubertate diſtat per *l. non tantum* 17. *ff. de excuſation.* ibi ſi pupillorum ætas propè pubertatem ſit, ita ut tantummodò ſemeſtre tempus reliquum fuerit: quod veriſſimum puto, modò non excludatur, qui plus quàm 6. menſib. à pubertate diſtat, cum ipſa lex exemplativè non verò taxativè loquatur. Alii proferunt text. *in cap. continebatur* 6. *de deſponſat. impub. in verb.* ſi autem ætati proxima, ut in undecimo aut circa duodecimum annum. *& c*

348

atteſtationes 10. *eod. ibi.* juvenis nondum duodecimum annum attigerat. Rejectis itaq; aliorum opinionib. à *Menoch. d. loco* relatis, mediam viam eligendam cenſeo juxta conſilium. *Iuſt. in* §. *fin. I. quib. ex cauſ. manumitt. argumento l. ſi paterf.* 40. *in fin. & l. ſeq. ff. de hæred. inſtit.* maſculum pubertati proximum, quando decimum & dimidium ætatis annum, fœminam ſi nonum & dimidium abſolvit, cum hæc ſit medietas intra infantiam & pubertatem, aliam dictæ ætatis partem infantiæ proximis tribuens; adde, quòd, quo propiùs quis illis infantiæ, & pubertatis limitibus acceſſerit, eo propior illis dici queat. *Vid. Bocer. de pœna furt. cap.* 1. *num.* 10. *b l.* 2. §. 1. *de R. jur.* Incivile etenim eſt, eum, qui ipſe alieno auxilio, in ſuis rebus adminiſtrandis indiget, ad aliorum res publicè privatimq; gerendas adhiberi. § *item major.* 13. *I. de excuſ. tut.* hinc nec judex eſſe, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procurator exſiſtere poterit. *d. l.* 2. nec tutor. *d.* §. 13. *l. fin.* §. *pen. C. de legit. hæred. Nov.* 118. *c.* 5. nec arbiter eſſe. *l. cum lege* 41. *ff. de recept.* nec in eum compromittitur. *l. ſed ſi* 9. §. 1 *ff. de receptis. Rittersh. ad Nov. part.* 9. *c.* 6. *n.* 44. Vocem in capitulo non habet. *c. Ex eo* 32. *de Elect. in* 6. Neminiq; intra annum decimum quartum conſtituto perſonatus cujuſlibet eccleſiæ concedi debet. *c. indecor.* 3. *de ætate & qualitat.* tum quòd diſcretione caret. *d. c.* 32. neque enim decernere talis ætas poteſt, neq; ſcire *l.* 9. *ff. de acquir. hæred.* ſine tutore quicquam intelligitur. *l. fin. ff. de jur. & fact. ignor.* actum rei non intelligit *l,* 5. *ff. de Reg. jur.* tum, quòd ejus animi nullum eſt judicium. § *præterea I. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. l.* 12. *ff. de judic. l. fin. ff. de man. vind.* nec velle nec nolle creditur. *l. pupillus* 189. *ff. de Reg. jur.* nec affectionē habet. *l.* 1. §. *furioſus.* 3. *ff. de acquir. poſſ.* ſtabilemq; mentē nondum eſt adeptus. *l. fin. C. de teſtam. milit.* & quod videt, ignorat, l. 1. *C. de falſ. mon. c l.* 19. §. 1. *ff. de teſt.* propter lubricum conſilii. *l.* 3. §. 5. *ff. eod. l.* 20. *ff. qui teſtam. facere poſſ.* §. 6. *I. de teſt. ordin.* nec dicere *dd. ll. l.* 3. *C, quand. tut. vel curat. l. hac conſultiſſima in princ. C. de teſtam. c. ſi teſtes.* §. *ſed nec pupillis.* 4. *q.* 2. cum teſtes jurati deponere debeant. *l. jurisjurandi* 9. *C. de teſtibus. d L. jusjurandum* 34. §. *pupillo. ff. de jurejur.* ad hoc, ut vel ipſe jurare, vel jusjurandum referre cogatur, juxta *l. manifeſta* 38. *ff. de jurejur.* pueri enim ante annos quatuordecim ne cogantur jurare. *text. in c. pueri. c. parvuli. c. honeſtum & ſim.* 22. *q.* 5. cum juramentum tres debeat habere comites, juſtitiam, veritatem, & judicium. *Hieremiæ* 4. *verſ.* 2. *c. animadvertendum.* 22. *q.* 2. *cap. etſi Chriſtus* 26. *de jurejur.* Interim tamen ſi juraverit, omnimodo

modò cuſtodit, debet jusjurandum adverſus eum, qui cõtentus eo, tum deferret, fuit, *l. qui juraſſe. 26. ff. de jurejur. l. fin. in fin. ff. de liber. cauſa.* cum volenti nõ fiat injuria *l. 1. §. 3. ff. de injur. l. 9. ff. de aqua pluv. arcend.* & quod ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poſſit. *l. 9. ff. de negot. geſt.* Pupillus etiam jurisjurandi gratiam facere & illud remittere non poteſt. *l. jurisjurandi. 32. juncta l. 6. ff. de jurejur.* de jure tamen civili pejerare non videtur, quòd nec ſciens fallere videatur. *l. qui juraſſe. 26. de jurejur.* quod ſecus videtur eſſe de jure Canonico, quando pontifex perjuriis plenam eſſe puerilem ætatem adſtruit. *in c. 1. de delictis puerorum d. c. animadvertendum.* ſed hoc de pubertati proximis accipi poteſt. *e prin. I. de nuptiis l. fin. C. quando tutor. cap. 2. & paſſim de deſponſat. impuber.* quòd ſi verò impubes illas de facto contrahat, procul dubio non conjugium, ſed ſponſalia contracta præſumentur, niſi prudentia ætatē ſuppleat. *c. Tuæ nobis 14. x. de deſponſ. impuber.* vel malitia. *c. 8. & ſeqq. cap. ult. eod. c. un. §. idem quoq; de deſponſ. impub. in 6.* Aliàs non videtur nupta quæ virum pati non poteſt. *l. pen. ff. quando dies leg.* Tutor autem factam pupillam ſuam, nec ipſe in uxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonium adjungere poteſt. *juxt. l. 15. ff. de ſponſal. l. SCto 59. ff. de rit. nupt.* Filiam tamen ſuam pupillo ſuo collocare in matrimonium poteſt. *l. Liberto 64. in fin. ff. eodem. Vid. l. 66. eod.* *f §. præterea I. quib. non eſt perm. teſt. fac. l. 5. l. ſi filiusf. 9. ff. qui teſt fac. poſſ. l. 4. C. eod. l. 1. §. 8. ff. de bon poſſ. ſecund. tab. l. 2. C. quand. prov.* etiamſi miles ſit, & tribunatum numerorum meruerit, attamen indignum noſtris temporibus videtur, eum, qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt, propter privilegia militum, ſapientum hominum jura pertractare. *l. fin. C. de teſtam. milit.* Et ſicuti pupillo, non eſt conceſſa teſtamenti factio, ita nec donationes mortis cauſa ei ſunt permittendæ. *l. 1. ff de tut. & ration. diſtrah.* Interim tamen pupilla, quæ non poteſt facere teſtamentum, dicitur inteſtata decedere. *l. in teſtamento. 6. C. de teſtam. milit.* g quæ neceſſaria eſt in eo, quod animi judicio fit *l. pupillus. 189. de Reg. jur.* quâ interpoſitâ omnia agere pupillus poſſe dicitur. *l. in negotiis. 5. eod.* ſed quando interponenda eſt? *§. pen. I. de auctor. tut. l. obligar. 9. § pen. ff. eod.* inquiunt, tutor ſtatim in ipſo negotio præſens debet auctor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit, poſt tempus verò, vel per epiſtolam interpoſita nihil agit. Cui adverſatur. *l. ſi quis mihi 25. §. juſſum 4. ff. de acquir. hæredit.* ubi auctoritas interponitur perfecto negotio *Cujac. 13. obſ. 31.* ſufficere reſpondet, ſi inchoatum negotium, & penè

perfectum à præſente tutore ratum habeatur, modò non poſt tempus contractus, & ex intervallo auctoritas interponatur. *h pr. I. de auct. tut. l. Iulian. 13. §. ſi quis 29. ff. de act. emt. l. 1. ff. de reſcind. vend. l. 1 C. de inut. ſtipul. l. 20. ff. de Nov. l. 7. in fin. & l. 8. ff. de inſtit.* *i* Pupillus n. ſine tutoris auctoritate, non obligatur jure civili, civiliter intellige *l. obligari. 43. §. 1. ff. de Obl. & Act. l. obligari. 9. ff. de auct. tut. l. quamvis. 32. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. ff.* niſi tutori ex adminiſtratione. *l. 1. ff. de contrar. tut. l. 42. ff. de Obl. & Act.* ubi tamen ex re actio venit, obligatur, etiamſi obligatio ab ipſo incipiat, nec ſit ipſi commoda. *l. 45. l. furioſus. 46. ff. de Obl. & Act. l. hæredes. 35. §. non tantum. ff. famil. herciſc. l. ſi mancipiis. 17. §. ſi impubes. ff. de inſtit. act. l. ſi quis 29. ff. comm. divid. l. 3. §. & ſi furioſi. ff. de negot. geſt.* Obligatur etiam in quantum locupletior factus eſt. *l. pupillus. 5. in pr. & §. 1. ff. de auct. tut. l. Naturaliter. 13. in fin. ff. de condict. indeb. l. 5. §. 1. ff. de auct. & conſ. tut. l. 1. § 15. ff. depoſit.* Sed an obligetur naturaliter? intricatæ quæſtionis eſt, quòd naturaliter teneat ejuſmodi obligatio probatur. *l. 1. in fin. ff. de novat. l. ſi pupillus. 21. ff. ad l. Falcid. l. ſi quis 64. ff. ad SCtum Trebell. l. Stichum. 95. §. naturalis. ff. de ſolut. l. cum illud. 25. §. hæres, ff. quando dies leg. ced.* quòd non teneat, *l. pupillus* ibi pecuniam accipiendo, ne quidem jure naturali obligatur. *59. ff. de Obl. & Act.* & quod pupillus ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit, ſolverit, repetitio eſt, quia nec natura debet, ait *l. quod pupillus 41. ff. de cond. indeb.* Varii variè haſce conciliant leges. 1. Sunt qui inter infantiæ & pubertati proximum diſtinguunt. 2. alii inter obligationem, quæ ſimul ſit juris gentium, & merè naturalem. 3. Inter cæteros contractus, & mutuum 4. Inter naturaliter & jure naturali obligari, 5. Inter pupillum, qui tutorem non habet, & qui habet. 6. Aut res ſpectatur, aut perſona pupilli, in illis omnibus obligatur, in hiſce verò caſibus non obligatur. 7. Sunt qui regulariter non obligari naturaliter contendunt, exceptiones in legibus negantibus ſtatuentes, ſi fortitan eatenus de ſit factus locupletior, non autem ſi obligatio ipſi noceat. 8. Inter obligationem quatenus naturâ ſuâ ſe habet, & quatenus à jure civili penes quod ejus rei eſt poteſtas, conformata eſt, ita ut obligatio, quæ revera ſubeſt reſpectu effectuum jure civili ei adeo tantum, & quia jus civile eam informavit, ſubeſſe negetur, & hoc favore pupilli ſolius, ſi autem de tertio agatur, cui jura conſultem nolunt, hactenus pro obligato pupillus habetur, ut acceſſoria obligatio, quæ ſine principali eſſe non poteſt, ſuſtineatur. Vid. *Bach. ad*

Tract

Tract.Vol.1.diſp.6.§.5.lit.b.& Vol.2 diſp.8.§.6.lit.k. Dn. Vult. 1. diſcept.16.
k Pupilli etiam, veluti perſonæ miſerabiles poſſunt trahere adverſarios ſuos coram Imperatore, & facere cauſas earum decidi ab Imperatore, trahi autem ab adverſariis, extra provinciam non poſſunt. *l. unic. C. quando Imperat. inter pupill. c. ſignificantibus. x. de offic. delegat. Marant. in ſpeculo aureo, part. 4. diſt 9. num.* 194. ubi 95. *& ſeq.* hoc non procedere putat, in pupillo divite, quod tamen rectè refutat, *pluribus Gail.1.obſ.1.n.*40. cum non divitiæ, ſed conditio pupillaris ætatis hic conſideranda veniat, cum hujuſmodi perſonæ communiter premi ſoleant, ideòq; Principi omnium maximè convenit, eas contra omné injuriá & moleſtiá tueri. *c. regum.c.adminiſtratores.23.q.5.*
l. tutoris præcipuum officium eſt, ne indefenſum pupillum relinquat. *l.30 ff.de admin.tut.* Judicium etenim abſq; legitimo tutore cum ſolo pupillo agitatum ipſo jure nullum eſt, *l. jusjurandum. §. pupillus.ff. de jurejur.l.cum & minores C. ſi adverſus rem.judic.l.1. C. qui legit.perſ.ſtand.l. Clarum.C.de auct.præſt.l.acta §.fin.ff.de re jud. l.cont.pupillum ff.eod.* cum nec in jus vocari poſſit. *l.neq; impuberes ff.de in jus vocand.* Et ſententia contra tutorem minùs rectè conſtitutum, lata, ipſo jure nulla eſt, nec pupillo præjudicat, *l.ſi tutor C.in quib.cauſis in integ.reſtit.Mar.part.4.d.16. num.35. Mynſing.cent.2.obſ.37.Gail 2.obſ.107.num.2.* hinc impuberes commodati, actione non tenentur. *l.1.§.2.ff.commod.* Adde, quòd pupillaris ætas eximatur præſcriptioni 30. vel 40. annorum, *l.3.in med.C. de præſcript.30. vel 40. ann. Vid.l.10.ff.quemadmod.ſervit.amitt.l.48.in fin. princ.ff.de acquir. rer. domin.* *m* Impubes etenim capitalem fraudem non videtur admiſiſſe, *l. cum autem 23. §.2.in fin. ff. de ædilit. edict* nec in crimen falſi incidere, quòd falſi crimine vix poſſit teneri, cum dolus malus in eam ætatem non cadat. *l.22.ff.de leg.Cornel.de falſis.* Et ſi conſcius fuerit falſæ monetæ, nullum ſuſtinet detrimentum. *l.1.in fin.C. de falſa monet.* ſic pupillo remittitur commiſſi pœna, ſi intra trigeſimum diem vectigal inferat. *l. Imperatores. in fin. ff. de public.l.fin.§.9. eod.* Et pueris grandiuſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis 14. cum pubeſcere cœperint, quòd meritò crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittuntur; aliis tamen plena eſt puerilis ætas, ut inquit, *cap.1.x. de delict. puer.* Infantiæ quidem proximi, (qui non ſunt pueri grandiuſculi, ut pubertati proximi appellantur, *ind.cap.1.*) cum judicio careant *Vid.ſuprà* excuſationem merentur. *l.1.§.33.ff.de SCt.Syllan.* in iiſq; relinqui ſolet

 inultum,

nultum quod in aliis profectioris ætatis humanæ leges dicunt ſeveriùs corrigendum. *cap. 2. x. de delict. puer.* Pubertati verò proximi, cum dolo non careant ſed ejus capaces ſint. *l. Apud 4. §. de dolo 26. ff. de dol. mal. except.* delinquere & in delictum conſentire poterunt. *§. pen. I de oblig. quæ ex delict.* hinc illi furtum, injuriamq; facere *l. impuberem 23. ff. de furt. l. pupillum 111. ff. de Reg. Iur.* damnumq; dare dicuntur. *l. 5. §. 2. ff. ad l. Aquil.* cum ejus ætatis ſint, in quam crimen cadere poſſit. *l. impunitas 7. C. de pœnis.* *n* Hic etenim ex ſuo dolo conveniendus dicitur in *l. hæredibus 13. ff. de dolo malo l. 1. §. 15. ff. de poſ.* lege Aquiliâ conveniri *d. l. 23.* & teneri *d. l. 5. §. 2. ff. ad l. Aquil.* interim tamen mitiùs punitur. *d. cap. 1. de delict. puer.* cum propter defectum ætatis in qua eſt commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine temperandus, *cap. fin. de ſentent. excomm.* Vide *Iul. Clarum. in praxi crimin. § fin. q. 60. n. 3.* ubi pupillum ultimo afici ſupplicio non debere concludit. Sed utrum impuberi in hoc tantùm parcitur, an verò etiam in quæſtione? & magis eſt, ut de impubere nec quæſtio habeatur, & aliàs ſolet hoc in uſu obſervari, ut impuberes non torqueantur, terreri tamen ſolent, & habenâ vel ferulâ cædi. *l. 1. §. 33. ff. de SCto Syllan. l. 10. l. 15. §. 1. ff. de quæſtion.* Impunitas tamen delicti ejuſmodi delinquenti non datur *d. l. 7. C. de pœnis.* Iudicisque arbitrium in hoc verſabitur, an ætatem malitia ſuppleat. Vid. *Conſtit. crimin. Carol. V. artic. 164.* quod arbitrium in hoc caſu ad caſum etiam mortis ſe extendere poſſe probat *d. art. 164.* & caſus exſtat ſingularis in *l. Excipiuntur 14. ff. de SCto Syll.* quem mirandum, inquit, *Tiraq. de pœn. temperandis cauſ. 7. n. 6.* Verùm cum in *d. l. 14.* non fiat mentio ultimi ſupplicii juxta *l. ultimum 21. ff. de pœnis.* Sed tantùm & ſimpliciter ſupplicii, forſitan ille textus de exilii perpetui ſupplicio, de quo in *l. 6. C. de exſecutorib. lib. 12.* aut alterius pœnæ intelligi poterit cum & infamiæ ſupplicii fiat mentio in *l. noſtris 8. C. de calumn.* aliàs etiam ſervi graviùs quàm liberi puniuntur. De pupillis deportatis text. eſt in *l. adrogati 14. ff. de tutelis.*

THESIS VII.

Pubertas pupillum tutela liberat *a*, curatorem accipit *b*, nec impedimento eſt, quò minùs pubes poſtulare *c*, eſſe procurator *d*, obligari *e*, nuptias contrahere *f*, teſtimonium dicere *g*, jurare *h*, teſtari *i*, manumittere

iere *k*, poſſis. Cura autem electorum uſque ad annum ætatis decimum octavum completum proximo defertur agnato *l*.

a Princ. I. quib. mod. tut. finitur l. ſi impuberi 13. §. fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his officiumq; tutorum curatoribus conſtitutis finem accipit. *l. à tutoribus 33. §. 1. l. tutor 28. ff. de admin. tut. t. t.* C. *quando tut. eſſe deſin.* *b* Inter omnes enim conſtat, fragile & infirmum eſſe minorum conſilium, multis captionibus ſuppoſitum, multorumq; inſidiis expoſitum *l. 1. ff. de minoribus.* Ideoque curatorum auxilio reguntur *d. l. 1. §. fin. ff. de minoribus.* qui tamen deſiderantibus dari ſolent *d. l. 1. § fin.* & adultis non niſi conſentientibus *l. mutus* 43. §. 3. *ff. de procurat.* Inviti autem curatorem non accipiunt adoleſcentes præterquam in litem. *l. 1. C. qui petant tut. §. item inviti 2. I. de curat.* Non obſtat *l. à tutoribus 33. §. 1. ff. de adminiſt. tutorum* utpote quæ hoc duntaxát ſtatuit, ſi minori curatores ſint conſtituti omnia negotia, quæ inita ſunt, ad eorum fidem pertinent. Magis refragari videtur *l. 1. §. fin. ff. de minor.* Et adeo adoleſcentes hodiè in virilem uſq; ætatem curatorum auxilio reguntur nec ante rei ſuę adminiſtratio eis committi debebit quamvis rem ſuam bene gerentibus. Reſpondent nonnulli ut ante *d. §. fin.* velle, quòd curatoribus conſtitutis minoribus ſolis abſq; iis adminiſtratio rerum ſuarum committi non debeat, idq; probari putant per *l. 2. & 3. ff. eod.* quæ de eo loquuntur caſu; *vid. l. 3. C. de reſtit. in integrum.* Alii *d. §. fin.* ad curatorem judicialem reſtringunt. Sunt, qui diſtinguunt ſi minor mortuo patre pubes ſit, quòd non cogatur accipere curatorem; ſecus ſi tutorem priùs habuit, cui incumbit admonere puberem, ut petat curatorem, alias tutelæ judicio ob hoc convenietur. *l. 5. §. 5. ff. de adminiſt. tut.* Non deſunt qui *d. §. fin.* de plena adminiſtratione explicent, eamq; ipſi committendam non eſſe aſſerant, licet invito curator non obtrudatur. Ex generali tamen quadam ubique locorum recepta conſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis continuatur & porrigitur uſq; ad legitimam adultorum ætatem, ut iidem tutores curatores permaneant. Vide omnino hac de re *Gail. 2. obſ. 96. per totum. Gothof. in not. ad l. 1. C. quando tut. vel curat.*
c dummodo non ſit minor annis decem. & ſeptem, hanc etenim ætatem moderatam ratus eſt ad procedendum in publicum *l. 1. §. 3. ff. de poſtul. c. infames. 3. q. 7.* Cum & Nervam filium decimo ſeptimo ætatis ſuæ anno publicè de jure reſponſitâſſe, teſtis eſt Ulpianus *d. §. 3.*

De Bar-

De Bartolo idem teſtatur Angelus *ad d.* §. 3. Bartolus tamen *ad l. quidam cum filium in fin. ff. de verb. oblig.* hoc ſibi non tribuit, ſed ſe anno viceſimo publicè de jure reſpondiſſe, ipſemet de ſe confitetur: quod & de Baldo, profert Angel. *vid. Tiraq. de jure primigen. in præfat. n.* 102. ubi plura alia *d* Procurator alius ad negotia, alius eſt ad litem. Ad negotia puer dari procurator poteſt *l. 1. §. cujus 4. ff de exercit. act. l. 7. §. fin. l. 8. ff. de inſtit act. l. 3. §. fin. ff. de minorib.* igitur ad litem hic erit intelligendus cum ut non ſit minor annis decem & ſeptem in *§. juſtæ 6. I. quib. ex cauſis manum non licet.* vel ut non ſit minor annis decem & octo in *l. ſi collectaneus 13. ff. de manum. vind.* requiratur (in quibus textibus propter identitatem phaſeos unius anni diverſitatem agnoſco argumento *l. 1. ff. de manumiſ.* illosq; per *§. fin. I. quibus ex cauſ. manum non licet.* non conciliari exiſtimans.) & de juſtis & quaſi neceſſariis manumittendi cauſis hæc una ſit, hancq; legitimam in procuratore ætatem de qua in *l. Exigendi 12. C. de procurat.* eſſe reor, non attenta *l. fin. C. de his qui veniis ætatis*, quæ ſicuti nec in advocati ita nec in procuratoris definita ætate locum ſibi vindicabit argumento *c. 8. & 10. x. de deſponſ. impub.* Non obſtat *l. minor 51. ff. de procurat.* quæ de defenſore, qui mandato caret, & in iis caſibus, in quibus in integrum reſtitui poteſt, loquitur expreſsè. Vide *l cum mandatu 23. ff. de minorib.* De jure canonico illud certum, quòd licet quis poſt decimum ſeptimum annum procurator ad negotia licitè deputetur: ad judicia tamen niſi major 25. annis deputari nequibit. *cap. qui generaliter 5. in fin. de procurat. in 6.* Diſſentit quoad jus civile poſt *alios citatos Phil. Matth. ad l. 2. ... ff. de Reg. Iur. n. 26 & ſeqq.* *e* Quæſtionis eſt an puberes ſine curatoribus ſuis poſſint obligari? Dubiū haud vulgare exſiſtit ex diſcrepan-tur *l. puberes 101. ff. de verb. obligat.* quæ affirmat illud: & *l. 3. C. de in integr.* ... quæ id negare videtur. Varios ad *d. l.* 101. attulerunt ſenſus variasque diſtinctiones, ſunt, qui inter ſtipulationem & reliquos contractus diſtinguunt. Alii hæc verba *ſine curatoribus ſuis* explicant non habentes curatores. Sunt qui poſt voculam *creditoribus* virgulam ponunt & voce *ſuis* creditores ſub intelligentes. Nonnulli verbum *obligari* de naturali non civili obligatione accipiunt: quidam vocula *ſuis* curatores legitimos & competentes denotari putant ſicuti dicimus judex ſuus ſeu competens. Aliqui in verbo *poſſunt* conciliationem quærunt videlicet nōnullis caſibus poſſunt, utpote, ſi locupletior exinde factus ſit & rem ſuā meliorem exinde fecerit, vel ſi perſonam duntaxat ſuam

non

non etiam una & conſequenter res ſuas obligent, ut accidit, ſi ſponſalia & nuptias contrahunt, *l.* 10. *ff. de Rit nupt. l.* 8 *C. eod & fin.* Non deſunt, qui ad *l. l.* 5. *C. de in integ. reſt.* reſpondent, illam agere de perfecta venditione & rerum alienatione, quæ ſine curatoris conſenſu prohibita [illegible] de obligatione tantùm quæ nō eſt prohibita cum curator rebus ac bonis non perſonis datus intelligatur. *princ. I. de cur. l.* 3. *in prin. ff. de tut d. l.* 32. *in pr. C. de Epiſc. & cleric. l.* 1. *C. quando ex fact. tut. l.* 44. [illegible] aliqui ſtatuunt unicum tantùm *in d. l.* 3. proponi caſum, an ejuſmodi contractus ſervandus ſit, quod negatur, illumq́; per in integrum reſtitutionem impugnandum eſſe vid. *Philip. Matt. ad d.* [illegible] *& ſeqq.* [illegible] *in variis reſolut. lib.* 1. *tract.* 4. *q.* 22. *f l.* [illegible] *de Rit nupt. princ. I. de nupt.* duodecim annos nata legitima uxor eſt *l.* 4. *ff. de Rit. nupt.* & concubina *l.* 1. *in fin. ff. de concubinis.* *g l. Teſtium* [illegible] *impubes* [illegible] *l. ex eo* 18. *cum l. ſeq ff. de teſtib. c. teſtes.* 4. *q.* 2. Vide poſt alios *Thom. Grammat. deciſ.* 40. *n.* 15. *& ſeq.* quod intelligendum eſt in civili, non criminali cauſa, in hac enim, ne pubes quidem ante vigeſimum annum teſtis eſſe valet. *l. in teſtimonium* 20. *in fine ff. de teſtib.* *Vid. d. Gramm. d. loco n.* 17. excipe in inquirendo læſæ majeſtatis crimine, in quo minor 14. annis ad ferendum teſtimonium torqueri poteſt, *l. de minore* 10. *§.* 1. *ff de quæſtion. l.* 15. *§.* 1. *eod.* Sed an pubes de iis quæ impubes præſertim pubertati proximus vidit vel audivit, teſtimonium ferre poſſit? Affirmat hoc indubitato *Iul. Clarus §. fin. quæſt.* 24. [illegible] *poſt alios Treut. vol.* 2. *diſp.* 5. *9.* 8. *lit. A.* *h l* 9. *§.* 4. *ff de jurejur. l.* 1. *&* [illegible] *C.* [illegible] Sed hic ad *Auth. ſacramenta puberum.* maxima apud DD. contentio exorta eſt, An puberis juramentum conventiones à lege civili reprobatas validas reddere poſſit? Sunt qui affirmant, ſunt qui hoc negant: Illud præſuppono, nullum pactum, nullum contractum, nullam conventionem inter eos ſubſecutam intelligi [illegible] lege contrahere prohibente; quæ ſi fuerint facta non ſolum inutilia, ſed & pro infectis habenda ſunt, & certum eſt, nec ſtipulationem hujuſmodi tenere nec ſacramentum admitti ut loquitur *l. non dubium* 5. *C. de legib.* cum juſjurandum contra vim legum & [illegible] pro nullius ſit momenti *l. ſi quis* 112. *§. ult. ff. de legat.* 1. *l.* 7. [illegible] *ff. de pactis. c. ſi diligenti* 12. *de foro compet.* Nec pactis privatorum jus [illegible] poſſit *l.* 38 *ff. de pactis l. cater* 42. *eod. l. nemo* 55. *ff. de legat.* 1. *l. Ne*[illegible] *ff.* [illegible] *l.* 15. *§.* 1. *ff ad. l. Falcid. l.* 5. *ff de tranſact. & ſimil.* Verum [illegible] quod legem civilem imperator interpretari, & limitare, imò

E mutare

mutare poſſit vix dubitare *l. 1. 9 & ult. C. de legib. tot. tit. de conſtit. prin.* nedum diſputare licet *l. diſputare 3. C de crimin. ſacril.* Atque ita cum ex lege poſitiva minor hanc nactus ſit poteſtatem, non tam juri publico derogare quàm ſecundùm legis præſcriptæ formam obligando ſe taliter conformare rectiùs dicetur, hinc juramentum hoc common ſua juſtitia non privabitur nec vinculum erit iniquitatis juxta *c. 1. ver. qui de jurejur. in 6. c. 58. de R. jur. in 6.* Unde affirmativa mihi verior videtur, maximè cum illa, non negativa, ut contrarium tenentibus imaginantur, ex *d. auth* probetur in verbis, *inviolabiliter cuſtodiantur*, id quod non de juramentis tantùm intelligendum eſſe, inſuper probat *l. 1. col. in d. verb. neq; perfidiæ neq; perjurii me autorem ſperare debuiſti*, ubi vox *perfidiæ* ad contractum, *perjurii* ad juramentum rectè refertur, quod & demonſtrare *c. quamvis de pactis in 6.* videtur, in verbis *ſi tamen juramento firmatum fuerit omnino ſervari debebit.* & hanc comprobat *Vachin. poſt ...* *3. controv. 11.* Diſſent *Treut. vol. 1. diſp. 21. §. 2. lit. B.* Nec contra ejuſmodi juratũ contractum reſtitutionem in integrum petere poterit ſecundùm notata à *Gail. 2. obſ. 41. per totum.* i Vetius enim eſt in maſculis decimum quartũ annum, in fœminis verò duodecimum completum ſpectandum eſſe, imò pone aliquem kalendis Januariis natum, teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe quarto decimo anno, an valeat teſtamentum, dico valere, plus arbitror etiamſi pridie kal. Januarium fecerit poſt ſextam horam noctis, valere teſtamentum, jam enim compleſſe videtur annum decimum quartum, inquit JCtus Ulp. *l. qua ætate 5. ff. qui teſt. fac. poſs. § ult. I. quib. ex cauſ. manum.* k Minor decimum ſeptimum annum impleverit & decimum octavum attigerit. *d. § ult.* Antiquitas quidem 20. ætatis annum eſpectandum exiſtimabat *d. § ult. l. ſi minime 102 ff de leg. 1 l. ſi min. 4 C. qui manum non poſſ.* Vide etiam caſum in *l. 30. §. 3. ff de fideicom. libert. & l. 11. eod.* Hodie ex quo teſtari poſſunt & libertates poſſunt relinquere antiquitas ceſſante *auth. hodie C. qui manum non poſ. Nov. 119 cap. 2. l. Aur. Bull. Car. IV. Tit. 7.* ibi ſi principem electorem, vel ejus primogenitum aut filium ſeniorem laicum mori, & hæredes maſculos legitimos, laicos defectum ætatis patientes relinquere contingeret, tunc frater ſenior eundem primogeniti tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in principe electore decem & octo annos completos cenſeri volumus, & ſtatuimus perpetuis haberi. Sed hic illa maximè agitatur quæſtio. Nam Elector filio ſuo ſe-

[illegible] alium tutorem vel curatorem quàm agnatum proximum teſtamento dare poſſit? Si ſcopum in d. c. 7. ad quem collimavit Imperator, ſi textus ipſius verba indefinita quæ univerſalibus æquipollent. [illegible] § 1. ff. de teſt. tut. l. fin. C. de ſuis & legit. conſideraverimus, jus proximo agnato quæſitum deprehendemus, quòd ei [illegible] auferri non debet, l. quod noſtrum ff. de Reg. jur. nec contra hanc legis diſpoſitionem hominis diſpoſitio quicquam val[illegible]a eſt, argumento l. 55. ff. de leg. 1. l. 3. qui teſt. fa. poſſ. l. 102. ff. de verb. ſign. l. 10. ff. de [illegible] § 1. ff. [illegible] c. requiſiſti de teſtam. cum teſtatori concedendum non ſit Imperatori invito aliquem obtrudere, qui ipſi aſſiſtat & quem in partem ſollicitudinis vocare neceſſe habeat. Ne etiam, ſi extraneo committeretur tutela & adminiſtratio, is potentiam domus, & illuſtriſſimi collegii ſecreta ſcrutetur contra l. 4. C. de [illegible] Nec deſunt hac in parte præjudicia. Fridericus enim [illegible] ſui Ludovici IV. Electoris palatini, teſtamentum filii Philippi [illegible] anno 1449 adminiſtravit. *Trithem. in Chronic. Spanhem.* Sic Johannes Caſimirus frater Ludovici V. Electoris anno 15[illegible] neglecto teſtamento tutelam Friderici IV. ſuſcepit. Generaliter tamen [illegible] argumenta per *d. c. 7.* limitantur, laxioremq́; hac in re aliorum principum, privatorumq́; poteſtatem arbitror. *Vide [illegible] de Sexon. non provocan. jur. cap. 4 per totum. Arum. de jure publ. vol. 1. diſcurſ. 19. & ſeqq.* Licet contrarium non deſit præjudicium à Cæſare Rudolp. II. menſe Julio, Anno 1611. latum, & à Johanne [illegible] teſtamentario tutore obtentum vid. *diſp. inaug. Bernh. Ber-* [illegible] *Arum. vol. 1. diſcurſ. 9. th.* 34. ubi addit, quòd cum Rex Bohemiæ annorum defectu laborat non proximum agnatum ſed proceres regni ad electionem admitti, idq́; anno 1519. in electione Carol. V. præjudicio firmatum eſt. Vide *Gold.* politiſche Reichshändel *part. 1. pag. 29.*

Thesis VIII.

Plena pubertas cœpta curam ſolvit electoralem *a*, nec quo minus minor veniam ætatis impetrare *b*, magiſtratum gerere *c*, judex *d*, arbiterq́; eſſe *e*, adoptare *f*, jus ignorare *g* poſſit; ut nec in multis aliis *h*, obſtaculo eſt; alienare tamen abſq; curatoris ſui conſenſu & judicis decreto non permittit. *i*, nec à delicti pœna excuſat *k*

a Durat etenim hæc cura uſq; dum Princeps Elector anno decem & octo compleverit, quam ætatem dum attigerit, jus vocem & poteſtatẽ, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſi ſibi [illegible] cum officio tenetur protinus aſſignare. *Aur. Bull. Car. IV. tit. 7. poſt* [illegible] *dum.* Sed quæſtionis hîc eſt non circumforaneæ: Num Elector [illegible] num ætatis ſuæ decimum octavum egreſſus, veluti ad jus electionis, ita etiam ad totius territorii gubernationem admittendus ſit? Quod affirmandum cenſeo, tum quòd *d. tit. 7. Aur. Bull.* verba decimo octavo anno finiri tutelam & curam evincunt, cum dictæ ætatis determinatio, utpote quæ juris civilis eſt, contraria lege reſtringi poſſit; tum quòd dictæ ætatis primogenitus reliquorum fratrum impuberum conſtituitur tutor; imò electorum præeminentiam, & officium annexum, jus & poteſtatem in comitiis imperialibus ea exercendi, quæ electorem decent, tantæq; diſcretionis cenſetur, ut cum reliquis coelectoribus regem in Imperatorem promovendum eligere & [illegible] ſignare queat; Vicarius ſit imperii, & reſpectivè judicem agat [illegible], ut ita beneficio *d. t. 7.* habeatur pro majore; tum quòd ſinguli principatus, quorum virtute Principes electores eligunt, cum juribus, dominiis, annexis, & dependentibus ab eiſdem, conjuncti & inſeparabiliter ſunt uniti. Vid. *Aur. Bull. tit. 20. per totum.* Adde, quòd [illegible] Saxonicum cum ætatem abſolutam curâ liberantem 21. anno [illegible] conſtituit, Landrecht *lib. 1. art.* 42. adminiſtrationem ejuſmodi [illegible] adoleſcentibus non deneget, quòd & in aliis ſtatutis eo [illegible] feſſis obtinere probat *And. Knich. de Saxon. non provoc. jure cap. 5. num.* [illegible] *& ſeqq. & paſſim per totum,* ubi ad contrariantium reſpondet argumenta [illegible] 12. Et ſanè à minori & jure civili imperfecta ætate, ad hanc per *Aur.* *Bullam* conſtitutam legitimam argumentatio procedere nequit, quin potiùs à legitima juris Juſtinianei ad reſtrictam & [illegible] ex *Aurea Bulla* ætatem argumentandum foret. Ad conſtitutionem [illegible] Sigiſmundi de anno 1438. 8 Martii, quam allegat *Bortram apud* [illegible] *vol. 1 diſc. 9. §. 33. And. Knich. d. c. 5. num. 99.* Cujus verba [illegible], [illegible] ad caſum eligendi Rom. Regem debitam ætatem cenſeri volumus 18 annos completos. In principatibus autem & ducatibus gubernandis ætatẽ obſervandam decernimus, prout à divis Rom. [illegible] & Regib. prædeceſſorib. noſtris ſancitum eſt. [illegible] Nihil in illa [illegible] [illegible] de terris & adminiſtratione Electorali definiri, ſed [illegible] Auream Bullam referat, deciſio ex ea petenda erit, reſpectu [illegible]

[illegible], reſpectu verò aliorum Principum & Ducum ætas, ut ante de-[illegible] & intelligi textus poterit. Et hæc ſententia Friderico ab Imperatore Rudolpho II. in comitiis Ratiſbonenſibus, Anno 159[illegible] plenariè inveſtito obtinuit. Quod & in illuſtriſſima domo Saxonica, cum Chriſtianus II. 18. compleviſſet annos, ſervatum teſtatur [illegible]. Hæc tamen ætas non ita accuratè obſervatur, ſiquidem ut teſtatur *Limnæus de jure publico, lib. 3. cap. 3. num. 66.* Fridericus II. Elector Saxoniæ, mortuo patre Friderico I. annum attingens 17. abſque adminiſtratore ſucceſſit, de Erneſto & Friderico III. ex hiſtoricis idem obſervari aſſerens. *b* modò maſculus vigeſimi, & fœmina decimi octavi anni metas impleverint. *[illegible] de his qui ven. ætat. impetrat.* Interim tamen Chriſtianus IV. rex Daniæ, *Anno* 1593. 26. Aprilis ab Imperatore veniam ætatis impetravit, ob regias dotes ætatis ſuæ decimo ſeptimo anno nondum impleto. *Vide Matth. Stephani de juriſdict. lib. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. num.* 117. Huic ætatis veniæ non abſimile videtur, quod in Venetorum Republica uſu obſervatur, quando ad conſilium magnum Nobiles majores tantum 25. annorum, & hos, qui vigeſimo ætatis anno completo, die Barbaræ ſe avagadoribus ſeu tribunis obtulerint, & probata dicta ætate ſorte in dictum conſilium recepti fuerint, admittunt. Hi autem, qui veniam ætatis impetraverunt, etiamſi minores [illegible] rem ſuam adminiſtrare videantur, in integrum reſtitutionis auxilium impetrare, *l. 1 C. de his qui ven. ætat. impet.* & rerum ſuarum immobilium alienationem ſeu hypothecam ſine decreti interpoſitione facere non poſſunt. *d. l. 2. §. 1. l. 3. C. de his qui ven. ætat.* *c* Regulariter quidem ad rempublicam adminiſtrandam ante vigeſimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonii ſunt, admitti minores non oportet, ut nec decuriones creari. *l. 8. ff. de mun. & honor.* Ex cauſa tamen poterunt. Vid. *l. 11. ff. de decur. l. 1. C. qui & adverſ. quos* [illegible] *ut ſuprà dixi.* Sic ex l. Julia & Papia, qui quinque liberos anno viceſimo, qui tres anno viceſimo ſecundo haberet, ad honores admittebatur, poſt *Cujac. Gothofr. in not. ad l. 2. ff. de minoribus.* ubi JCtus quod legibus cavetur, ut ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur ad honores pertinere aſſerit. Sic minor conſul dicitur in *[illegible] ff. de offic. conſulis.* & certè ſi minor magiſtratum gerat, dicendum eſt juriſdictionem ejus non improbari. Si minor prætor, ſi conſul jus dixerit ſententiamve protulerit, valebit, Princeps enim, qui

354

eum Magiſtratum dedit, omnia gerere decrevit. *l. quidam 57. ff. de re judic. Duaren. de re judic. cap.* 1. Multorum exempla, qui ante legitimum tempus magiſtratibus præfecti fuerunt. Vide *apud Tiraquellum de jure primigen. in præfat. n.* 177. *& ſeqq.* *d* Impubes naturâ prohibetur eſſe judex, quia judicio caret. *l. cum prætor* 12. *ff. de judiciis.* ſententia tamen à minore 25. annis judice data, ut tueatur æquiſſimum eſt, niſi minor decem & octo annis ſit. Et ſi fortè ex conſenſu judex minor datus ſit ſcientibus his, qui in eum conſentiebant, rectiſſimè dicitur valere ſententiam. *l. quidam 57. ff. de re judic.* Licet lege Julia cautum ſit, ne minor 25. annis judicare cogatur. *l. cum lege* 41. *ff. de recept. poſt Goveanum ad l. 2. C. de juriſdict. Duaren. de re judicat. cap.* 1. *Matt. Stephani de juriſd. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 26. *& ſeq.* Diſſentit *poſt alios Ritterhuſ. ad Novell. part. 9. cap. 6. num.* 45 *& ſeqq.* *e* ſunt qui hoc probant ex *d. l.* 41. *ff. de receptis.* ibi majori tamen viginti annis, ſi minor 25. annis ſit ex hac cauſa ſuccurrendum, ſi temerè auditorium receperit. Sed dubito. *f* Is etenim qui adoptat ſeu adrogat plena pubertate, id eſt decem & octo annis præcedere debet eum, quem per adoptionem ſeu adrogationem filium facit. *l. adrogato,* 40. § 1 *ff. de adopt. § minorem I. ead.* Licet enim in adrogationibus cognitio vertatur, num forte minor ſexaginta annis ſit qui adrogat, quia magis liberorum procreationi ſtudere debeat, attamen morbus, aut valetudo in cauſa eſſe poteſt, aut alia juſta adrogandi cauſa, veluti ſi conjunctam ſibi perſonam velit adoptare. *l. ſi pater f.* 15. §. 2. *ff. d. adopt.* *g* *Regula* 9. *ff. de jur. & fact. ignor.* ubi hoc ipſum permiſſum eſſe dicitur, hinc ſi minor 25. annis filiofamilias crediderit, ſubvenitur ei, ut non videatur crediſſe. *d l.* 9. hinc matri qui filiis tutorem ætatis lubrico lapſa non petit, eorum minimè denegari ſucceſſionem convenit. *l.* 2. *C. ſi advers. delict.* hinc tempus quinquennii ad movendam inofficioſi querelam. *l.* 2. *C. in quib. cauſam integ. reſtit. neceſſ.* longi temporis præſcriptio. *l. non eſt.* 3. *C. quib. non objic. long.* & exceptio non numeratæ pecuniæ minoribus ipſo jure non currunt. *l. fin. C. in quib. cauſis in integ. reſtit.* ſicuti in genere nec ex præſcriptiones, quas vetera jura currere voluerunt, per in integrum autem reſtitutionem minoribus ſubveniebant. *d. l. fin.* *h* videlicet quando omiſſam hæreditatem adit. *l.* 1. *C. ſi ut omiſſ. hæred.* quando admittitur ad bonorũ poſſeſſionẽ etiam omiſſam. *l.* 2. *C. de ſi ut omiſſam hæred.* quando deſinit eſſe hæres. *l* 4. *C. de repud. hæred.* hæreditatem reſtituit. *l.* 1. §. 14. *ff. ad Trebell.* ſolutum accipit. *l.* 7. §. 2. *ff. de*

minoribus

[illegible] Quando contra indefenſos minores, tutorem vel curatorem non habentes, nulla ſententia proferenda eſt. *l. alta 45. in fin. ff. de re jud.* Tertio capitis obligantur. *l. 3. ff. de cenſibus.* quando major viginti annis ad pretium participandum ſeſe venumdari paſſus eſt, & ſervus efficitur *l. 1. quib. ad lib. proclam. non licet. §. 4. Inſtit.* [illegible] *Vid. Nov.* [illegible] *59.* i *l. 1. C. de prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis.* Nam nec vectigale vel patrimoniale, ſive emphyteuticum prædium ſine decreto præſidis diſtrahere licet *l. 13. C de prædiis & aliis reb.* nec ruſticum *l. 12. eod.* nec commune *l. pen. eod.* nec ſuburbanum *l. 4. 5. d. t.* Et hoc non ſolum per venditionem, ſed neq; tranſactionis ratione, neque permutatione, & multò magis donatione, vel alio quoque modo prædia minores transferre ſine decreto à domino poſſunt. *l. non ſolum 4. C. d. t.* nec in ſolutum dare. *l. ſi minor. 15. eod.* ne quidem propter debita fiſcalia. *l. ult. eod.* niſi cauſa probata, & decreto interveniente. quin imò minor obtenta venia ætatis immobilia non ſolum non alienare, ſed nec hypothecam dare ſine decreto poteſt. *l. 3. C. de his qui ven. ætat. impet.* quid? nec obligare. *l. 5. & rubric. C. de præd. & aliis rebus minorum non obligandis.* Sine decreto tamen alienari poſſunt veſtes detritæ, & ſupervacua animalia. *l. ult. C. qu. ind. decret.* [illegible] quando defunctus permiſit. *l. 2. eod. l. 1. l. 3. eod.* & Quando princeps ei conceſſit reſcriptum alienandi. Major octodecim annis licentiam habet mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles ſupponendi, ſive propriæ ipſius ſint, ſive patris, qui in captivitate detinetur ejus redimendi cauſa, & in omnibus, quæ pro captivorum redemtione data vel expenſa probabuntur, contractus cum hujuſmodi perſonis tanquam à perſona ſuæ poteſtatis, & legitimæ ætatis facti firmi ſunt. *Vid. Nov. 115. cap. 3. §. 13.* k In delictis autem minoribus non ſubvenitur. *l. 9. §. 1. ff. de minorib.* nec impunitas propter eam datur. *l. 7. C. de pœnis.* In delictis ætate neminem excuſari conſtat *l. 1. C. ſi adverſus delict.* Ne ſit ætatis excuſatio adverſus præcepta legum ei, qui dum leges invocat, contra leges committit *l. auxilium. 37. ff. de minorib.* Minores ætatis ſuffragio non juvantur, nec majorem morte infirmitas animi excuſat. *l. 1. C. ſi adverſ. delict.* hinc ſi adulterium minor commiſit ei non ſubvenitur. *l. ſi ex cauſa. 9. §. ſi mulier. [illegible] ff. de minor.* nec adulta ætate homicidium defenditur. *l. ſi quis 6. C. ad l. Corn. de ſicar.* quamvis non negem miſerationem ætatis interdum ad mediocrem pœnam judicem perducere. *d. l. auxilium. 37. ff. de minor.*

minor. Vide hoc ipſum latiùs tractantem *Tiraquell. de pœnis temperand. cauſa 7 per totum.* Illud addo, quòd ſi delinquens quiſpiam propter ætatem aut mitiùs aut nullo modo punitus eſt, fortè ex forma illarum, non poterit effectus major amplius de ipſo delicto puniri, poſt *Hipp. Marſ. Tiraquell. d. loc. n.* 8. Cui adde ſi minor duodecim annis in domum deducta adulteriũ commiſerit: mox apud eum ætatem excelſerit, cœperitq; eſſe uxor non poterit jure viri accuſari ex eo adulterio, quod ante ætatem nupta commiſit, ſed vel quaſi ſponſa poterit accuſari *l. uxór* 13. §. *ſi minor.* 8. *ff. ad l. Iul. de adult.* Denique adjunge? ſi quis infeudatus major 14. annis per annum & diem ſteterit, quod feudi inveſtituram à proprio domino nõ petierit tranſacto hoc ſpatio feudum amittat & feudum ad dominum redeat 2. *Feud.* 55 *in fine princ.*

Thesis IX.

Virilis ætas *a* curam finit communem *b*, majoribus liberam rerum ſuarum adminiſtrationem committit *c*, petendæ reſtitutionis in integrum quadriennium continuum poſt legitimam ætatem obtinuit *d*, ratihabitionem in minore ætate geſtorum *e*, tutelam *f*, honores *g*, avocationem ad munera *h*, legitimam perſonam ſtandi in judicio non denegat *i*, ut nec reſtitutionem in integrum multis ex cauſis *k*.

a Quæ & major paſſim dicitur *t. t. ff. & C. quibus ex cauſa major.* legitima & perfecta, item ſua, ut *ſupra probatum*, vocatur etiam *ſtatus in. l.* 77. §. 14. *ff. de legat.* 3. *l. cum de ætate* 13. *ff. de probat.* prout textus illos Dd. vulgò explicant; & *l.* 5. *C. quand. dies leg.* legitimum ſtatum pro legitima ſeu 25. annorum completa ætate accipere textus ipſius verba clarè demonſtrant, ideo, quòd ſit creſcendi finis. *Dd. dd. locis.* Majorem autem 25. annis non dicimus ante diem natalis ſui, imò ne quidem ante horã, quã natus eſt, ut à momento ad momentũ tempus ſpectetur, & biſſexto qui natus eſt, ſive priore ſive poſteriore die, Celſus ſcripſit, nihil referre, nam id biduum pro uno die habetur, & poſterior dies kalendarum intercalatur, ſed hoc intellige ad hoc, ut ſi nondum compleverit minor, & captus ſit, reſtituatur *l. Denique* 3. §. *minorem* 3 *ff. de minorib.* In honoribus verò, in quibus reipublicæ quid eis non committitur (cum damno enim publico honorem eis com-

mitti

minori; non eſt dicendum etiam cum ipſius minoris pernicie.) favoris cauſa conſtitutum eſt, ut pro plenis inchoatos accipiamus, & annus vigeſimus quintus cœptus pro pleno accipiatur. *l. ad rempublicam* 8. *ff. de muner. & honor.* Qua lege uſus eſt Michael Hoſpitalius Franciæ Cancellarius anno 1563. Rothomagi, ut probaret Carol. IX. Galliarum regem anno decimo quarto ætatis incipiente majorem eſſe, *teste Gothofr. in not. ad. d. l.* 8. adde *l. qui filium* 74. *ff. ad SCtum Trebell. And. Knichen Saxon. non provoc. jure cap.* 5. *n.* 11. *b* In hanc enim uſque ætatem curatorum reguntur auxilio *l.* 1. §. 3. *ff. de minorib.* ſed poſt hoc tempus virilem compleri vigorem conſtat *d. l.* 1. §. 2 *ff. de min.* Furioſi tamen, prodigi, mente capti, ſurdi & muti, & qui perpetuo laborant morbo, in curatione ſunt agnatorum, quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. §. 3. *& ſeq. I. de curat. t.* 1. *ff. & C. de curat. fur. dand.* *c* ad quam minores non ita admittuntur *l.* 1. §. 3. *ff. de minor.* & per allegata ſuperius, *Nov.* 117. *cap.* 1. *in fin.* ibi qui relictam talibus perſonis ſubſtantiam gubernare & cuſtodiri debet, donec illi ad perfectam ætatem perveniant, & tunc de rebus ſuis quoquo volunt modo diſponere poſſunt *d. Nov.* 117. *c.* 1. ut moderatores & arbitri rerum ſuarum *l. in re C. mandati.* hinc eis donare *t. t. ff. & C. de donationibus* etiam affectionis gratia inhoneſtis perſonis permiſſum eſt, ut meretricibus *l. affectionis* 5. *ff. de donat. l.* 27. *C. de inoff. teſtam.* licet donare ſit perdere *l. filius f.* 7. *ff. de don.* Nec id, quod meretrici datur, repeti poteſt, ſed nova ratione, non ea, quòd utriuſque turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis: illam enim turpiter facere, quòd ſit meretrix, non turpiter accipere, cum ſit meretrix *l. idem ſi* 4. §. 3. *ff. de cond. ob turp. cauſam.* imò eis etiam dilapidare, perdere, rebuſq; ſuis abuti licet *l. ſed etſi* 25. §. *conſuluit.* 11 *ff. de petit. hæred.* quamvis reipublicæ interſit ne quis re ſua malè utatur §. *fin. I. de his qui ſunt ſui vel alieni jur.* Et melius ſit, coarctare juveniles calores, ne cupiditati dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium *l. fin* §. 5. *ferè in fin. C. de bonis quæ lib.* Et prodigo bonis interdici poſſit, cum neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit, curator ei datur, uſque dum ſanos receperit mores. *l.* 1. *& paſſim ff. & C. de curat. furioſ.* Inſuper major poteſt provocare ad diviſionem communis rei cum minore & alienare ſine decreto *l. pen. C. de præd. & aliis reb. minor.* Novi fructus inveſtituram facere, quæ aliàs non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. Qui enim

qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inveſtituram facere. 2. *Feud.* 3. *in ſin. princ. argumento l. ſin. C. de reb. alien. non alien.* d Olim quidem annus utilis erat, ſed in ejus locum quadriennium continuum ſurrogatum eſt, quod numeratur ex die quo annus currebat utilis, videlicet ex quo viceſimi ſexti anni dies illuxit primus, ut hic pro utili anno memorata continuatio temporis obſervetur ad interponendam conſtitutionem finiendamque litem *l. ſin. C. de temp. reſtit. in integ.* Utile tempus ex duabus illis qualitatibus æſtimatur, currere à die ſcientiæ & curere diebus faſtis, poſteriorem excludit continuum tempus, de priore dubitatio remanet. Dd. vulgo magno numero citati *à Bacch. ad Treutl vol.* 1. *diſp.* 11. *θ.* 3 *lit B.* à tempore ſcientiæ demum hoc quadriennum currere putant, ut ita ad centum uſq; annos petendæ reſtitutioni faciant locum. Vide *Menoch. de præſumt. lib.* 1. *quæſt.* 71. *n.* 2. *Tiraq. de retract. conſang.* §. 35. *gl.* 4. *n.* 44. ubi tamen illud vix apud ſuos recipi concludit & optimo jure, cum nullus omnino certus & ſecurus eſſe poſſet rerũ ſuarum vel optimæ fidei poſſeſſor. Hinc & ſecundùm textum ex quo viceſimi ſexti anni dies illuxit, ut lis finiatur, quadriennium continuò currere exſiſtimo; cum etiam aliàs annus ille utilis ex die impedimenti ceſſantis curreret *l.* 5. *C. ex quib. cauſis maj. l.* 18. *C. de poſtl. reverſ.* Ratio autem, quâ vulgò moventur eſt, quod fruſtra dicatur curerre tempus ignoranti, cum ex capite ignorantiæ reſtitutio concedatur, falſo nititur præſuppoſito, negandũ etenim omnino hoc videtur, tum ex *l. ſin. C. de præſ. long. temp.* ibi nulla ignorantia vel ſcientia exſpectanda. *l.* 3. *C. de præſc.* 30. *ann.* ubi omnis negatur defenſio. *l. ult. C. de fund. Patrim. lib.* 11. ubi poſſeſſores poſt 40 annos jubentur nullam formidare moleſtiam & inquetudinem. *l.* 4. *C. de præſc.* 30. *ann. l.* 1 *de uſuc. l. un. C. de uſuc. transf.* vid. latiſſime *Bacch. ad Treutl. vol.* 1. *diſp.* 11. *θ.* 17. *lit. A.* ubi hoc legibus & rationibus defendit e ſi enim poſt vigeſimum quintum ætatis annum ea, quæ in minore ætate geſta ſunt rata habuerint majores, fruſtra reſciſſionẽ eorum poſtulant. *l.* 2. *C. ſi maj. fact. rat. hab. V. l.* 1 *eod. & t. d. t. ut & ſi maj. fact. alien. rat. hab.* Sed, quid ſi majorem ſe aſſerat minor an reſtituatur? quæſtio frequens & quotidiana. *Minſ. cent.* 4. *obſ.* 20. diſtinguit. Aut dolo minor ꝓprio aſſeruit ſe majorem, & repellitur à reſtitutione, cum fallentibus jura non ſubveniant. *l.* 2. *C. ſi minor. ſe maj. Gail.* 2. *obſ.* 65 *n.* 1. Aut adverſarii, aut utriuſq;, aut neutrius dolo, & locꝰ erit reſtitutioni *l.* 3. *C. ſi min. ſe maj. dix l. tutela* 7. *C. de in integr. reſtit. l.* 1. *l. ſin. C. ſi min. ſe maj.* f Tutelam quidem alterius gerere nõ poteſt, qui ipſe tutela indiget

Nat-

Novel. 118 *cap.* 5. hinc ut quis tutor ſit, perfectę ætatis ſit, neceſſe eſt *d.c.* 5 *d.l. ult.* § *pen. C. de legit. har.* § . 14 . *I. de excuſ. tut.* Et quamvis minor 25. annis tutor teſtamento detur, tunc demum tutor erit, cum major 25. annis factus fuerit. §. 2. *I. qui teſtam. tut. l. quarto* 32. *in fin. ff. de teſtam. tut.* *g* *l. ad rempublic.* 8 *ff. de muner. & honor.* etiam illi, in quibus reipublicæ quid eis committitur *d.l.* 8. à quibus arcentur minores. *ibidem.* cum indecorum ſit, ut hi debeant regere, qui non noverunt gubernare ſe ipſos. *c. indecorum* 3. *de ætate & qualit.* Imperatoris ætatem, quod attinet, eam definitam & determinatam non reperiri, nec ejus in electionibus ſemper rationem habitam fuiſſe conſtat Otto etenim II. admodum puer, Henricus III. anno duodecimo, Henricus IV. anno octavo, Fridericus II. anno vigeſimo, Wilhelmus ſimiliter vigeſimo, Wenceſlaus decimo quinto, Carolus V. anno ætatis ſuæ decimo nono in Reges Romanorum electi ſunt, vide *quos allegat Daniel Otto de jure publ. c.* 8. De Electorum principum ætate ſupra dictum. In honorib. Eccleſiaſticis aſſignãdis quę requiratur ætas nõ ita liquidò cõſtat. De pontificis eligendi ſeu Cardinalium papabilium, ſive qui ad pontificatum promoveri poſſunt, ætate, nihil certi ſine textu liquet, illud Romæ cognovi Matthiam Barbarinum anno 1623. 6. Auguſti ætatis ſuæ quinquageſimo quinto non multùm legitimã ſeu pontificiam excedentem ætatem hodiernum pontificem electum, (cujus gratia inter Cardinales in ipſius electione non parva exſtitit contentio) ſucceſſiſſe Gregorio decimo quinto & Urbanum octavum dictum. De Cardinalium ætate licet nihil repererim, cum tamen ſciam eos numero ſeptuaginta duos per Bullam Sixti V. conſtitutos, in tres diſtribui claſſes, in Cardinales Epiſcopos ſex, presbyteros quinquaginta duos & diaconos quatuordecim, unaquæque claſſis ſuam forſitan ex dicendis ſortietur ætatem. Epiſcopus non minùs, quàm 35. annos habeat vult *Nov.* 123. *cap.* 1. §. 1. id quod tamen in *Nov.* 137. *cap.* 2. coarctatur, ut ſufficiat, ſi excedat trigeſimum annum, quod etiam comprobat *c. cum in cunctis* 7. *de electione.* Preſbyter autem minor 35 annorum fieri non debet, ex *Nov.* 123. *cap.* 13. quæ ætas de jure canonico in *c. presbiter diſt.* 78. ad 30. annos reſtricta. Eccleſia tamen neceſſitate exigente nonnullos ante 30. annos ordinare conſuevit. *d. c. presbyter c. ſi triginta. d.* 78. *Clement. ult. de ætate & qualit* vigeſimo quinto ætatis annò ad preſbyteratum promoveri concedit. Diaconum & verò ſubdiaconum minorem 25. annis *Nov.* 123. *c.* 13. *auth. presbyterum. C. de Epiſc. & Cler.* prohibent, dicta vero *Clem. ult. de ætate*, ad diaconatum in vigeſimo,

357

ſubdiaconatum in decimo octavo ætatis anno admittendum quem eſſe ſtatuit. Verùm quòd & dicta ætate minor ad prædicta officia eccleſiaſtica ex certa aliqua cauſa ſeu neceſſitate ita exigente admitti poſſit, 2. *Timot.* 4. *verſ.* 11. & ſuperius adducta ſatis evincere videntur. Diaconiſſa non ordinetur inquit, *d. Nov.c.*13. quæ 40. annorum minor. Vide & 1. *ad Timot.* 5. *verſ.* 9. ubi 60. videntur requiri anni. *l.* 1. *C. qui ætat vel profeſſ. lib.* 10. & eo uſq; muneribus perſonalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non aſtringentur, ſi civium inopia non eſt. *l.* 2. *d. t.* *i* *l. fin. C. qui legit. perſ. ſtand. in jud.* *k* *V. t. t. ff. de C. ex quib. cauſa major. & fin.*

THESIS X

Senectus in conſiliis *a*, ſententiis proferendis *b*, ſermonibus *c*, ſeſſione *d*, correctione propinquorum *e*, diſtributione eleemoſynarum *f*, teſtimoniis *g*, votis *h*, veritatis inquiſitione *i*, dignitatibus *k*, auctoritate *l*, officiis & honoribus *m*, venerabilis *n*, præfert ſenes, ipſis rerum ſuarum adminiſtrationem non impedit *o*, à longis peregrinationibus *p*. & à muneribus perſonalibus & civilibus *q*, excuſat, in multiſq; aliis attenditur *r*, mitiùsq; punitur *ſ*.

a Seniores enim provinciæ congregandos eoſq; interrogandos eſſe, monet, faciliùs etenim invenitur, quod à pluribus quæritur. *c. de quibus diſt.* 20. hinc Plutarchus ſcribit alicubi, maximè [illegible] civitatem, ubi conſilia ſenum & juvenum lanceæ præcellunt; hos etenim laſſus fortiùs figit pedem; conſilium periturum à ſenioribus, pro pœna minatur *Ezech.* 7. *verſ.* 26. hinc triviali fertur adagio: Senex vulpes non capitur laqueo. *b* *l.* 1. *ibi antiquiſſimus quiſq. prior. &* §. [illegible] *ff. de albo ſcribendo argum. l.* 2. *C. de præf. prætor. lib.* 12. *& Ecclef.* 32. *verſ.* [illegible] loquere major natu, decet enim te. *c* *dict. verſ.* 4. cum nec ſenum rusticorum dicteria contemnenda ſint, prout exemplum tradit Celſus in *l. ſi chorus*, §. 1. *ff. de legat.* 3. ibi Proculum ſcribere, ſæpe audiviſſe ſe ruſticos ſenes dicentes &c. aſſerit. *d* *l.* 2. *C. de præf. præt. lib.* 12. ibi, *ſit igitur ſedes prior ætate provectis. l. ult. C. de tyronibus. l.* [illegible] *C. de* [illegible] *lib.* 12. *e* In corrigendis minoribus pro qualitate [illegible] bus propinquis tribuatur poteſtas. *Vide l. un. de* [illegible]
Conſideranda eſt in largiendo ætas atque debilitas, ut ſenibus plus largiatur, qui ſibi labore jam non queunt victum quærere. *c.* [illegible]

rationem

randa diſt. 86. Et relicta ad alimentum ætatis ſenilis ad honorem civitatis pertinere dicuntur, in *l.ult.ff.de legat.*1. g *c.cum in tua.* 44. *ff.de teſtibus. c.* 1. *cauſa* 35. *q.* 6. quod tamen limita procedere, ut ſenioribus magis credatur in antiquis, ſecus in actu recenti, maximè in teſtimonio viſus, quia ſenium oculos hebetat, Exemplum habemus. *Geneſ.* 27. *cap.* in Iſaaco. Unde in probandis quidem finibus ſeniores ſunt teſtes credibiliores. *argumento l.*1 *in fin.ff.de aqua & aqua pluv. l. ſi arbiter. ff.de probat.* Et ſi adduci ſenes in præſentiam non poſſunt, mitti debent ad ipſos recipiendos perſonæ idoneæ & diſcretæ. *c.ſi qui* 7. *de teſtib. l. ad egregias* 15. *ff. de jurejur.* Invitus tamen ſenex teſtimonium dicere non cogitur. *l.*8 *ff.de teſtib. C. ſi teſtes* §. *inviti.* 4. *q.* 2. h *c.dudum.* 22 *de electione.* i *c.ſi quid verò diſt.* 86. *ibi præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter veritas eſt perſcrutanda.* k *c. cum in cunctis* 7. *de electión. t. t. paſſim de ætat. & qualit. c. obeuntibus ante fin. gl. magna diſt.* 63. hinc *Hieronymus lib.* 1. *in Iovinianum*, Inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio: ſed cur non Johannes electus eſt virgo, ætati delatum eſt, quia Petrus erat ſenior; quod tamen intelligendum, ſi dignitates illæ poſſint ſuſtineri à ſenioribus. *c. un. d.* 85. hinc canones juvenculas fieri abbatiſſas vehementiſſimè prohibent, nec niſi ſexagenariam virginem, cujus vita hoc & mores exegerint, admittunt. *c.juvenculas.* 20 *q.*1. Cum etiam aliàs zelus minoribus ad virtutem creſcit, ſi cum ſenioribus conſtituantur; fit enim ſeniorum converſatio, juventutis educatio perfecta. *Nov* 5. *cap.*3. *in fin.* l *c. hoc ipſum* 35. *q.*2. *c.dominus ſanctos d.*50. quæ ſenectutis apex, unde *Bald. in cap.*1. *per illum text. de renunc.* plus valet, inquit, umbra ſenis, quàm euſis & arma juvenis, unde etiam Divus Johannes 2. *epiſt. cap.* 2. & Paulus 1. *ad Timot.* 5. Patres appellat eos ad quos ſcribit, & Juſtinianus Ulpianum parentem appellat, in *l.ex divo C. locat.* & Theodorum parentem chariſſimum atq; amantiſſimum. *in Nov.* 112. *in fine.* eos autem fratres appellare non licere ſunt, qui ex *l. ſinguli.* 2. *C. de offic. diverſ. judic.* probent; juvenes quidem ut fratres obſecrandos, *Divus Paulus* 1. *ad Timot.* 5 *verſ.* 2. & juvenculas ut ſorores, *d. loc.* ut, quod nec juri incognitum videtur, ut qui frater non eſt, ſi fraterna charitate diligatur appellatione fratris nuncupetur. *l. nemo.* 58 *ff. de hæred. inſtit.* Sed prioribus addo commendationem Zoſimi ex *Nov* 5. *cap.* 2. Zoſimus Deo amabilis, vir famoſiſſimus in converſatione, & propè vigeſimum & centeſimum ætatis agens annum, pollens & animi virtutibus, & corporis operationibus, tanta quædam in eo gratia Dei floret

ret. m *l. & qui originem.* 3. §. *præſes. ff. de muner. & hon. l.* 2. *C. de prim. lib.* 11. quod tamen intelligendum in officiis, quæ æquè geri per ſeniores poſſunt, atq; per juniores, & quando uterq; & juvenis & ſenex eſt æquè dignus; ſemper enim dignior alteri eſt præferendus. *l. honoris* 7. *ff. de decurionib. l. unicuiq; C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. providendum.* 7. *C. de poſtuland.* Semper enim honores conferendi dignioribus. *l. ad ſubeunda.* 45. *C. de decur. lib.* 10. *l. ult. C. de ſtatuis & imaginib.* n Semper in civitate noſtra ſenectus venerabilis fuit, namq; majores noſtri eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. *l. ſemper.* 5. *de jur. immun. Vid. Sap. cap.* 4. *verſ.* 8. *Apoſtol. Paul.* 1. *ad Tim.* 5. *præcipit, juvenes honorare ſeniores ut parentes, iisq; ſubditos eſſe* 1. *Pet. cap.* 5. ſic coram cano capite conſurgere & honorare perſonam ſenis præcipimur. *Levit.* 19. Clerici ſenioribus debent obedientiam. *cap. his igitur diſt.* 23. Sed hoc intelligi debent de ſene, qui prudentia excellit, non de ſene puero, de quo vide *Eſaiam cap.* 65. *verſ.* 20. ubi pueri centum annorum mentionem injicit. Et quod D. Paulus, inquit, 1. *Tim.* 5. Seniorem non increpaveris, in eo ſervanda eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda juniorum; Ubi autem ſenior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi deſtricta increpatione feriendus. *c. Paulus* 2. *q.* 7. In proverbiis dicitur, gloria ſenum canicies, quæ ſapientiam deſignat, de qua ſcriptum eſt, canicies hominum prudentia eſt. *c. ult. diſt* 84. Interim tamen ſalva honorificentia, quæ illis debetur aliquid in eorũ ſcriptis improbare atq; reſpuere licet, ſi fortè inveniremus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet. *c. neq; quorumlibet. diſt.* 9. cum Auguſtinus, Negare non poſſum, confiteator, nec debeo, ſicut in ipſis majorib. ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſint juſto judicio & nullâ temeritate damnari. *c. negare d. d.* 9. ſic Ariſto à veterum opinione receſſiſſe dicitur. in *l.* 1. §. *ſi uſuſfr.* 9. *ff. ad l. Falcid.* Et ſi junior veritatem inveſtigaverit, non ideò ſeniori irrogatur injuria, *l.* 5. *C. de offic. rect. prov.* Imò ſenior non debet dedignari ſequi ſententiam junioris *in l.* 91. §. *ſequitur* 3. *in verbis Celſus adoleſcens ſcribit. ff. de Verb. Obl.* unde Auguſtinus *in c. ſi habes* 24. *q.* 3. ſenex à juvene nondum anniculo paratus ſum doceri; ſic Pomponius *in l. apud Iulianum* 20. *ff. de fideic. libert.* Ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor illius ſententiæ; Et ſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere; ſic nullus Epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis à parvulis

vulis. vel minimis, ſi quid fortè eſt utilitatis aut ſalutis, inquirere, negligat. *c. ult. diſt.* 38. Qui enim diſcere atq; agere bona recuſat magis Diaboli quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur. *d.c. ult.* licet alias de jure civili, qui alios poſt ordinationem Epiſcoporum docere vult, ab aliis doceri non debeat, intellige quoad quotidianum eccleſiæ miniſterium. *Nov.* 123. *c.* 1. *o* Senectus enim ad donationem ſola non eſt impedimento. *l.* 16. *C. de donat.* teſtamentiq; factionem non auſert, ſi modò ſinceritatem mentis teneat. *l.* 3. *C. qui teſt. fac. poſſ.* *p* *c. magnæ v. verum ætatis de Voto. c. quamvis. de ſentent. excomm. c. placuit diſt.* 20. *Vid. Tiraq. inf. cit. loc.* *q* Majores annis quinquaginta quinque ad decurionatus honorem inviti vocari conſtitutionibus prohibentur. *l. non tantum* 11. *de decurion.* ut & ad munera perſonalia. *l. ult. C. qui ætate ſe excuſ. lib.* 10. At Majores annis ſeptuaginta munera civilia obire non coguntur. *l. ſi ultra* 10. *C. de decur.* honores autem gerere debent. *l.* 2. *§. fin. ff. de decurion. l. & qui originem* 3. *§.* 6. *ff. de munerib. l. ult. C. qui ætate vel prof. lib.* 10. *l. in honoribus.* 8. *in pr. ff. de vacat. mun. l. majores.* 3. *ff. de jure immun. l.* 5. *eod. l.* 2. *§.* 1. *ff. de vacat. mun.* Sic à cura frumenti comparandi ætas 70. annorum excuſationem præbet. *d. l.* 3. *§.* 12. *ff. de mun. & honor.* Et in genere ſenium corporiſq; debilitas eorum munerum excuſationem præſtant, quæ corpore implenda ſunt, cæterùm quæ conſilio prudentis viri, vel patrimonio ſufficientis in homines obiri poſſunt, niſi certis & receptis probabilib. cauſis non remittuntur. *l.* 2. *§. quem ita ſenio.* 7. *ff. de vacat. mun. l. ſemper* 5. *de jure immun.* Sic majores 70. annis à tutelis vacant, *l. majores.* 3. *ff. de jur. immun. §. item major I. de excuſ. l. un. C. qui ætate l.* 2. *ff. de excuſationib. l.* 15. *§.* 11. *eod.* ſed qui ingreſſus eſt ſeptuageſimũ annũ, nondum egreſſus, hac vacatione non utetur: quia non videtur major 70. annis, qui annum agit ſeptuageſimum. *d. l.* 3. *l.* 74. *in fin. ff. ad SCt. Trebell.* *Vide omnino Tiraquel. de jure primogenitor. in præfat. num.* 79. *& multis ſeqq.* *r* In adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor 60. annis ſit, qui adrogat, quia magis liberorum creationi ſtudere debeat. *l. ſi paterf.* 15. *§.* 2. *ff de adopt.* partus quinquagenarius mirabilis dicitur & legitimus. in *l. ſi major.* 12. *C. de legit. hæred.* Hinc Fridericus Imperator quando ex quinquagenaria naſcebatur, pater illius Henricus VI. Imp. ut omnem tolleret ſuſpicionem, matrem publicè omnibus videntibus parere voluit. *poſt Socin. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 89. *num.* 60. ubi plurima exempla eorum, qui in ſumma ſenectute filios progenerarunt. De Sara nonagenaria, Abrahamo centeſimum annum agenti, Iſaacum pariente,

ente, exemplum ſingulariſſimum. Vid. *Gen.cap.*21. Liberta major 50. annis operas præſtare patrono non cogitur. *l.liberto.25.ff.de operis libert.* uſq; ad ſexageſimum quintum tributo capitis quis obligatur. *l.3.ff de cenſibus.* propter ſenectutem teſtes ad perpetuā rei memoriam recipi poſſunt. *Vid.Gail.1.obſ.92. ubi n.7.* In Camera, inquit, quinquagenarii pro ſenibus reputantur, & pro teſtibus ad perpetuam rei memoriam admittuntur, quanquam hoc ſine textu. Senes quanto morti ſunt viciniores, tanto debent eſſe puriores. *c.tanta 24.diſt.86.* ſenectus aufert incontinentiæ futuræ ſuſpicionem, *c.fraternitatis.7.diſtinct.34.* centum anni finis vitæ longævi hominis eſſe dicuntur. *Nov.9.in princ. un.uſufr.56.ff.de uſufr.* quanquam *Pſ.90.v.10.& 11.* ſeptuaginta vel octuaginta anni ex contingentia quotidiana vitæ deputētur humanæ. De veteranorum privilegiis, vid. *l.1.C.de veteranis lib 12.* ſ Ignoſcitur his, qui ætate defecti ſunt. *l.ſi quis 3.§.7 ff de SCto Syllan.* ſic ob idem delictū in longiùs juvenior, in receſſius tempus relegatur ſenior, prout cujuſq; patitur ætas. *l. Divus 2.ff.de termino moto. l.ſacril.6.in pr.ff de peculat.* & in omnibus pœnalib. judiciis ferè ætati ſuccurritur. *l.ſi re 108. ff.de R.jur.* ſic ſenectuti parcitur in *c.tanta.34.diſt.86.c.tanta 1.q.7.c.tempora.26.q.7.* & hoc non ſine ratione, cum etenim repueraſcere, &, ut in proverbio, bis pueri ſenes, rectè dicantur, & per nimiam ætatem ſæpiſſimè delirent, clementiùs cum ipſis, ipſâ nos naturâ ad miſericordiam quodammodo trahente, mitiuſq; in pœnis infligendis agendum, cum *Tiraquell.poſt alios de pœn.temper.cauſ.8.* exiſtimo. Exemplum de Zoſimo ex *Nov.5.c.2.* ſuprà allegatum, ut ſingulariſſimum contrarium non inducit.

COROLLARIA.

1. *Plurima in jure dantur quæſtiones pro amico.*
2. *Duplex juri cognita eſt veritas, duplex æquitas, duplex jus, ſed ex illis unum ſibi proprium jus amplectitur.*
3. *Multa in jure contra juris, honeſti, & diſputandi rationem recepta ſunt.*
4. *In utroq; jure reperiuntur rationes incongruæ, ridiculæ & falſæ; multorumq; accurata ratio reddi nequit.*
5. *Sententia etiam contra leges & conſtitutiones prolata reſpectu partium, uti & error quandoq; jus facit.*
6. *Filiusfamilias in cauſa patris judex eſſe poteſt.*
7. *Duorum fratrum vel ſororum liberi conjungi de jure divino & civili non prohibentur, ſecus eſt de jure Canonico.*
8. *Eſus ſanguinis de jure Divino, Novella Leonis, & canonum cenſetur adhuc prohibitus.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE